



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

Eorum exempla, qui ieiunium, vel aliud pietatis opus propter Deiparam
ecercebant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

EORVM EXEMPLA, QUI IEIUNIUM, vel aliud pietatis opus propter Deiparam exercebant.

Sancti alii 18 **O**bssequium verò precum, ac ieiunij quorū viri, præsertim die Sabbati, in Deiparæ honorem delatum, confirmari potest qui in honorem Dei tum exemplis complurium seu vitæ sancti-para sabbati timonia, seu regia dignitate præstanto, alijsq; rium: tum etiam miraculis, ac beneficijs dieb; pane in eorum utilitatem à Deipara exhibitis. Et aqua ieiunabant. quorum aliquot subiicienda existimavi, compluribus alijs omiſſis, quæ in hoc opere, præsertim cap. 35. ea de re commemorauimus.

I. *S. Nicolaus Tolentinus.* S. Nicolaus Tolentinus multis virtutibus, sed abstinentia in primis clarissimus, 2. 4. & 6. feria, & in honorem B. Virginis, sabbato semel tantum cibum sumebat, solo pane, & aqua contentus. Surius in eius vita, tom. 5.

II. *S. Elisabetha Lusitania regina* S. Elisabetha Lusitania Regina inter ieiunia, quæ plurima seruabat, & præter Quadragesimam, quâ in honorem Deiparæ ante eius Assumptionem, vt supra dixi, peragere cõsuenerat, in peruigilijs festorum B. Virginis, & singulis sextis ferijs, ab sabbato, ieiunio panis tantum, & aquæ vitam ægrè tolerabat, & vt est apud nostrum

nostrum Petrum Perpinianum oratione *Perpinia-*
i. laudationis in eandem. *nus*

Walterus de Birbach Virginis studio- *III.*
fissimus, de quo plura cap. 36. cum adhuc *Walterus*
in seculo degeret, omnium solemnitatū *de Birbach*
Deiparæ vigilijs ieiunabat, ac pane tan-
tum, & aqua vescebatur: sæpè etiam idē
faciebat sexris ferijs ob reuerentiam sab-
bati, postea Cisterciensem Ordinem cō-
plexus sancto sine quieuit, ex Cæsario li- *Cæsarius.*
bro 7. cap. 39.

S. Didacus Complutēsis Ordinis Mi- *IV.*
norum de Obseruantia à Sixto V. in San- *S. Didac.*
ctorum Catalogum relatus, sabbatis, & *Complut.*
festorum B. Virginis peruigilijs idem pa- *Ord. Men.*
nis tantum, & aquæ ieiunium peragebat,
quemadmodum habetur in Chron. Mi- *Chronic.*
norum, part. 3. lib. 5. cap. 3. *Ord. Min.*

S. Carolus Borromæus, quemadmo- *V.*
dum cap. 35. memorauimus, in Deiparæ *S. Carolus*
peruigilijs pane tantum, & aqua vesce- *Borrom.*
batur, ac ieiunabat.

IMPERATORVM, ET REGVM

*in Deiparam pietas sabbato, vel alijs
eidem dicatis diebus.*

19 **H**ENRICUS II. Anglorum Rex, qui vi-
xit circa annum 1170. singulis sab-
batis ab hora nona in proximam feriam

S 5 *secun-*